

N^o Dies

84. 13. 1416 obiit Elizabeth dicta Blumin de Füssen famula discreti viri Johannis Grüninger sacerdotis Rectorii Ecclesiae in Zützers, quae dedit ad anniversarium 20 flor. Curien. estim (ationis) etc. etc.
85. 16. 1408 obiit Fridericus Tumb de Nünburg armiger, qui reliquit Capitulo Cur. pro remedio animae suae curtim suam dictam Mont, sitam in monte villae Vatz inferioris, spectantem ad Parochiam in Zützers, quam curtim Nicolaus et Bertsch ¹⁾ dicti Wallser fratres colunt, et in feodum perpetuum possident et manu tenent pro annuo censu scilicet 24 Caseorum mercedis et 12 bynariorum putyri persolvendo etc. Requiescit in monasterio (im Münster) ante altare omnium Sanctorum. Cod. 3.
86. 17. 1237 obiit Ulricus de Chiburch Ep. Curiensis, qui officium Cantoris instituit certos ad ipsum redditus assignando. Cod. 1. manu seriori et 2.
87. 21. 1374 obiit Hainricus Canonicus Curiensis plebanus in Tyrol etc. Requiescit in Tyrol. Cod. 3.
88. 36. obiit Hainricus de Liechtenstein etc. praedium dedit — duae oves de eodem praedio Anno D. 1180.
89. 28. 1208 obiit Ulricus de Bodmen subdiaconus Canonicus Eccl. Cur.

N^o Dies

Julius.

90. 1. 1321 obiit Fridericus de Bludentz Canonicus Eccl. Curiensis, qui reliquit Capitulo pro anniversario suo peragendo totam praebendam suam anni gratiae tam in grossa quam in cottidiana, cum qua praebenda empti sunt redditus (sic) 12 librarum mez., quae scilicet distribui debent per ministrum Canonicorum in hunc modum videlicet praebendariis altaris S. Crucis in simul 10 sol. utrique 5 sol. mez. Item ceteris sacerdotibus unicuique illa die Missas dicentibus pro defunctis 4 sol. mez. Item sacerdoti in altari majore Missam celebranti 5 sol. mez. praeter portionem quae eum attingit. Ministranti ad Evangelium 1 solidus, subdiacono 4 imperiales, utrique edituo 6 imp. unicuique scholari praesenti 2 imp. magistro 4 sol. mez. cuilibet Diacono 6 imp. cuilibet subdiacono 4 imp. Praeterea eadem die debent vocari per ministrum DD. Canonicorum duo sacerdotes de S. Lucio, duo sacerdotes praedicatores missas in Eccl. Cur. dicentes, quibus dabitur unicuique 3 sol. mez. Residuum vero de 12 libris inter Canonicos in utrisque exequiis praesentes distribuatur. Si qui vero tam DD. Canonicorum quam ceterorum forent absentes, eisdem juxta suam absentiam si in alterutra exequiarum fuerint absentes medietas, si vero in ambabus totalitas defalcetur. Et praedicti redditus solvuntur de domo, quam inhabitat dictus Kolbo juxta macellum 10 libras mez. Et de domo magistri Wernheri ante S. Martini, quam nunc possidet Dnus Marquardus de Tingzen, 2 librae mez. Requiescit in Bludentz. Cod. 3.
91. 2. 1319 obiit Wernherus de Mengen quondam Decanus in Veltkirch Canonicus Cur. qui reliquit totam suam cottidianam anni gratiae ad comparandum redditus pro anniversario suo singulis annis peragendo a Dnis Canonicis sacerdotibus et scolaribus etc. — Requiescit retro jannam Monasterii. Cod. 3 et 1, manu ser.
92. 5. 1449 obiit honor. Dnus Johannes Tyfer Canonicus Eccl. Cur. etc. Requiescit in Constantia.
93. 6. 1303 obiit Wernherus de Nanzingen, qui dereliquit ad fabricam S. Mariae 20 sol. mez. in remedium animae suae et Ulrici ipsius fratris unam libram imp. Cod. 1, m. serior.
94. 17. 1401 obiit Johannes Tumb de Nünburg armiger, qui pro remedio animae suae reliquit Capitulo Cur. 20 marcas Curien. estimationis, 8 libris mez. pro qualibet marca computationis

¹⁾ Bertschi bedeutet noch heut zu Tage Bartholomaeus